



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventurae Episcopi Cardinalis Albanensis,  
Seraph. Doctoris Ecclesiae, Speculum Disciplinae, Et  
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>  
Bonaventura <Heiliger>**

**Antverpiæ, 1591**

De duplici contemptu diuitiarum. Cap. XLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)



304 S. BONAVENTURAE  
& abiecerunt eas, & recusant habere propter  
Deum.

*De duplici contemptu diuitiarum.*

CAP. XLIII.

**C**ontemptus autem diuitiarū duplex est, cum aut liberaliter effunditur in pauperes per opera misericordiae, & ad cultum Dei largiter expenduntur: sicut sancti reges & alij diuites fecerunt, turbas pauperum hominum alentes, & monasteria & Ecclesias edificantes. Aut cum penitus despiciuntur diuitiae; sicut sancti fecerunt, in mediocritate & inopia rerum viuentes: vt sanctus Pater Franciscus, & sanctus Dominicus, & alij Christi sectatores, Euangelicae perfectionis aemulatores. Iuxta illud: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quae habes, & da pauperibus.

*De quatuor causis quare contemptus diuitiarum consulitur.*

CAP. XLIIII.

**Q**UATUOR autem de causis consulitur diuitiarum contemptus. Prima, quia earum amor retrahit ab amore Dei & patriae caelestis, iuxta ipsius veritatis testimonium: Nemo potest Deo seruire & mammonae, id est, diuitiis. Sicut enim de profundo terrae tolluntur, ita suo pondere ad infima terrae suos detrahunt amatores, hoc est, in profundum inferni. Vnde ait Apostolus ad Timot. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueos diaboli, qui mergunt homines in interitum. Secunda causa est, quia retardant hominem a profectu virtutum. Sicut enim oneratus non potest velociter currere: sic mundanis curis pressus

Diuitiae  
abstractae  
Dei amore

Mat. 6, 24

1. Tim. 6, 9

Diuitiae  
perfectio-  
nem pre-  
pediunt.

pressus